Fragmentarium

Et sps di superferebatur super aquam
an quoniam egenus atque indigus
amor ita diligit ut rebus quas diligit
subiciatur propterea cum commemo
raretur sps di in quo sca eius beniuolen
tia dilectioque intellegitur superfer
ri dictus est ne facienda opera sua per
abundantiam beneficientiae ds amar
e putaretur Cuius rei memor apos
tolus dicturus de caritate supereminem
nentem uiam demonstraturum se ait
et alio loco supereminentem inquit sci
entiae caritatem xpi cum ergo sic opor
teret insinuari spm di ut superferri
diceretur commodius factum est ut
prius insinuaretur aliquid inchoatum
cui superferri diceretur Non enim
loco sed omnia superante ac praecellen
te potentia Ita etiam rebus ex illa in
choatione perfectis atque formatis
uidit ds quia bonum est placuit enim
quod factum est in ea benignitate qua
placuit ut fieret Duo quippe sunt
propter quae amat ds creaturam suam

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 91.8, 1v – Augustinus: De genesi ad litteram
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-u7vb/4439/45986)